

gētis inferior esset David, quatenus tamen gestavit Christi per-
sonam, merito illis longe praefertur. Hugo quoque Grotius, se-
cūsus Abarbenelem, non procul hinc abit, dum scribit:
Psalmum hunc in Davide aliquo modo impletum, sensu tamen
arcano & sublimiore ad ipsum Messiam pertinere. Exponit
insuper generationem hanc per electionem ad imperium, non
in homines tantum sed & in Angelos. Videatur ipse in h. l.
Sociniani etiam habent, quod hic reponant. Scilicet ajunt:
Christum in resurrectione demum factum esse Dei Filium. Ita
Smalcus de Vero & naturali Dei Filio Cap. XI. Quem in
finem (α) allegant Act. XIII. 13. ubi Psalmus secundus ad
resurrectionem accomodari videtur. (β) Urgent, quod di-
catur genitus Hodie, E. non ab aeterno. Cūm Socinianis
denique eodem saltant socio Arminiani, confitentes: Fi-
lium Dei vocari, imò à Deo genitum dici, quatenus ab eo ex
mortuis suscitatus, & ex terra, veluti ex utero rursus eductus
fuit in vitam. Vid. Apol. seu Exam. Censurae Confessionis
suae, Cap. III.

cap. VII. Verum enim verò, quantum I. ad Judaeos, quo-
niam illi T. respuunt, ex ipso Psalmi II. textu refutari
possunt. Neque enim comma ejus 7. de quo nunc agimus
neque extensio domini ad fines usque mundi, v. 8. neque
potentia hostes totaliter comminuendi, v. 9. neque exhor-
tatio ad omnes Reges, ut cum timore ei serviant v. 10. &
II. neque nomen יהוה v. 11. neque fiducia in ipsum collo-
canda v. ult. de Davide propriè predicari possunt. Dein-
de Judaeis Judaeos opponimus. Sic enim Sohar in Deut.
fol. 136. col. 4. lin. 8. à fine: רחמנא לבא ובע בההוא
זמנא אתא קבר ונשיק ליה ואמ' דעיה מדימנא
זדא' אנת הוא ברא דולי ושבונתא דבני זמלאכין נשקו